OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=17034 page 1/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 9051
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

Brandeburgicae eccleſiaſtes, qui *Julio Pflugkio* et *Mich. Sidonio* in concinnando *Interim* Adjutor fuerat, Carmenque incipit:

Ergo etiam noſtras triſtiſſima peſtis ad oras
Ergo Draco Sathana concomitante uenis, &c. ut *Cod.* praeced.

Dein notum illud *Jani Vitalis* Epigramma *in vrbem Romam*:

Qui Romam in Roma (media) *quæris nouus aduena terra* (Roma) &c.

CCCCLXVIII.

750 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 49. 8. Inſcriptionem hanc praefert: *Eyn buch der erclerung des helgen geiſts, wider die nuen vffgeblaſſen geiſter, wie vnd by welchen gleubigen er myt ſym grunt vnd weſen iſt, geſchrieben von elyzabet Gotgafs vnd geendt vff ſamſtag vor antonij ym yar vnſſers lieben heren.* 1548. Agitur itaque de Veritate Doctrinae et Spiritus in Eccleſia Romana adverſus eos, qui ſeceſſionem ab ea faciunt. Initium eſt: *Die kraft vnd heylmachung des hochſten gottes wünſch ich allen chriſten* &c. Nota thecae exterius adſcripta *Eliſabetham* hanc *Abbatiſſam* vocat, ejus tamen Coenobium tacet, quod in *Helvetia*, aut *Alſatia* ſitum fuiſſe reor e dialecto.

CCCCLXIX.

751 Codex chartaceus germ. Sec. XVI. Folior. 56. 8. Eandem Autorem habet, inſcribiturque: *Eyn buch von der ynnerlichen kraft des geyſts gottes wie die yn uns den chriſtlichen grunt erwecken ſall, zu eyner ſychtbarlichen erkentenis das wyr die war kyrch gottes ſyn durch das gewyſs Zuneygen des helgen geyſts geſchrieben von myr elyzabet Gotgafs vnd geendt vff mitwoch vor cathar(ine) Anno.* 1548. Initium: *Jeſum chriſtum den erloſer der welt wunſch ych allen chriſtgleubigen vnd fromen menſchen* &c. Perſequitur *Eliſabetha* Argumentum ſuperiore Libello tractatum, oſtenditque virtute S. Spiritus deduci nos ad verae Eccleſiae cognitionem, certosque reddi, nos in ea exiſtere. Mulieribus καλλιγραφοις eam certe nemo accenſuerit quamvis in rebus ad Religionem et Myſticen pertinentibus non obiter verſatam.

CCCCLXX.

Codex chartaceus germ. lat. 161
Sec. XVI. Folior. 226. f. ſequentia complectitur: I. Syntagma Actorum publicorum *de Pace Religionis*, et *Ferdinando Rom. Rege* agnoſcendo primo *Schwinfurti* dein *Norimbergae* 1532. inter *Albertum Moguntinum*

2026-06-11

OEAW-IMAFO-SBW manuscripta.at/?ID=17034 page 2/2
Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 9051
Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars II. Wien 1794.

num et *Ludouicum Palatinum* pro parte *Caeſaris*, et *Joh. Fridericum Saxonem*, *Philippum Haſſum* aliosque Ordines foederatos, hoc titulo: *Religion Sachen zu Regenſpurg* (ubi agi primum debuiſſet) *im 32. gehandltt: zwiſchen dem Hertzogen von Sachſen Lantgraff von Heſſen, mit ſambt Ire mitverwanten, vnnd der Rom: kay: vnd kön. Mt.* &c. Sunt Scripta amoebaea Partium numero XLVI. immixtis ad Caeſarem Relationibus et hujus Reſponſis. Priora quaedam horum Scriptorum leguntur T. V. *Opp. Lutheri*, *Altenb.* p. 1016. Omnia vero ſerviunt ad illuſtranda ea, quae de prima hac Religionis compoſitione *Sleidanus*, *Seckendorfius*, *Hortlederus*, *Cochlaeus*, *Schilterus de Pace religioſa* &c. ad *h. a.* tradidere.

II. *fol.* 165. Excerpta quaedam ex Actis publicis in Comitiis *Auguſtanis* 1547. et 1548. publicationem Formulae *Interim* praecedentibus, inſcripta: *Alle die Hanndlung der Religion vnd das Concilium betreffenndt*, *Anno 1548.* Conſulendi de his Autores paullo ante nominati.

III. *fol.* 177. *Compendium Summarium Septem Viarum preparatoriarum ad veram ac ſtabilem concordiam in fide et religione per colloquium aſſequendam.* Ad oram legitur: *Fabri aut Nauſeæ eſt hoc Scriptum.* Sed falſo; eſt enim συνοψις Opuſculi ad Praeſides Colloquii *Wormatienſis* autore *Joh. Cochlaeo* 1540. quod habes in *Melch. Goldaſti* Polit. *Imperial.* p. 1211.

IV. *fol.* 181. *Directio. De Iuſtificatione, eccleſia et traditionibus humanis.* Etiam iſtud Opuſculum magna moderatione a Theologo tamen Proteſtante, et fortaſſe *Mart. Bucero*, eo fine congeſtum videtur, ut in Colloquio vel *Wormatienſi* vel *Ratisbonenſi* deliberationi Partium ſubſerviret. Scriptoris haec eſt methodus, ut ad ſingulos Articulos, in quos *Tria* illa in titulo poſita diſpeſcit, Scripturae loca colligat, brevesque inde Adnotationes deducat. Praefationis Initium eſt: *Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino* &c. Libelli ipſius: *Status Judæorum et circa vitam ciuilem et religionem* &c.

V. *fol.* 218. Cenſura *Agendorum* ſive Liturgiae *Saxonicae* germanica ſine autoris nomine. Incipit: *Primus Articulus agendæ. Wie der Menſch vor got gerecht wierdt. Bei dieſem Artickell Im A. ſignita. Zifra 2. ſpricht die Agenda alſo* &c. Criſin hanc exertam poſt publicatum *Interim*, ut pluries, ita ſtatim ad *Art. 1.* argumento eſt illud: *Si autem volunt, quod in Juſtificatis concupiſcentia proprie ſit peccatum, male, und iſt austrücklichen wider das Interim.*

CCCCLXXI.

Codex chartaceus lat. Sec. 679
XVI. Folior. 19. 4. nitidiſſime ſcriptus et olim *Ambraſia* adla-
tus

2026-06-11